



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1626**

§. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45802](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45802)

in) in silentio & spe sui fortitudo nostra, donec Deo Domino nostro aliter faciendum videatur.

§. 1.

VT quis ad excellendam perfectionem ascendat opus est cursum multo ante inchoare. Ac propterea statim Propheta adiecit: *Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua.* Omni enim dubio procul, refert plurimum; quod intrantes in Religionem fuerint ab adolescentia bene propensi ad actiones virtutum, & iugum diuinæ legis tollendum: hoc enim tolet esse iudicium, quod velit Deus, eos ferre iugum vitæ Religiosæ: vt supra est dictum. Hoc consilio vsus est Nabuchodonosor Rex cum iussit a Præposito Eruochor, vt introduceret de filiis Israel, & de semine regio pueros, in quibus nulla esset macula decoros forma, & eruditos omni sapientia, & doctos disciplina; & doceret eos literas, & linguam Chaldaeorum. Et constituit eis Rex Annos per singulos dies de cubili suis, & de vino, vnde bibebat ipse. v. nutriti tribus annis postea starent in conspectu Regis, eiq; ministrarent. Hunc in modum vult Christus Dominus Præpositos Religionum, qui sunt Præpositi sectantium castitatem, eligere adolescentes, sive Religionem aptos. Quæ aptitudo etsi præcipue in vocatione consistat, quæ ipsimet Dominus eos eligit, & ad eam vocat: ea tamē vocatione supposita, non est alienum, sed valde commodum, optare, eos habere magnas dotes naturalis nobilitatis, puritatis, sanitatis ingenij, memoria prudentiæ; & super omnia magnam propensionem ad actiones virtutum ab ipsis teneris annis: & vniuersim, reliqua naturalia habeat, quæ ipsa Religio eis præbere non potest; ac proinde bonam aptitudinem ad disciplinas, & virtutes in quibus Religio potest eos adiuuare. Postquam autem eos elegerint, conandum est, spatio trium annorum toto se tempore Probationi assignato, eos docere leges & consuetudines, quas debeant perpetuo seruare; eosq; alere pane & vino doctrinæ, ac perfectionis Evangelicæ; quæ ipsimet Christus Dominus docuit: & exercuit. Donec in his omnibus bene instructi, ingredi possint ad præsentiam sui Regis celsissimæ, offerentes tria vota seque; dedicantes ad eius exactum obsequium in omnibus, quæ ipse iusserit. Et tales, vt plurimum solent esse insigniores Religiosi, quos ipsa Religio præ alijs exornat: valde. n. apte illis conuenit iugum vitæ Religiosæ, cum illud à iuuentute sua suscipiunt, & quando ab ipsa infantia bene propensi fuerunt, ad vitæ Christianæ iugum portandum. Ac propterea S. Basilus ait: Quando quis petit, admitti in Religionem: multum referre, examinare & intelligere propensiones, & exercitia, quæ in sæculo habuerunt: eum in modum, quo Christus Dominus noster audiens cuiusdam adolescentis bonas propensiones, quia *omnia mandata custodierat à iuuentute sua*, eum vocauit, vt relicto sæculo, ipsum sequeretur. Nam, qui ab infantia ad malum propensi, prauas suas propensiones sunt secuti, difficilius eas deserunt, & omnino mutantur. Quod si aliqua mutatio ex feruore tyrocinij

B b b 2

oritur

hisa. 30. 15

1.

Vide rom. 1.  
1ra c. 2. c. 7

a Dan. 1. 3

Reg. 10. Et  
5. ex Ensi.

b Matt. 19.  
20.

oritur paulò post torpori locum dantes, subitò praua illa propensio reuilescunt, quæ quodam modo erant connaturalæ. Quamuis nõ properea semper (ait idem sanctus) reijciendæ tales sint, sed probadæ exercitationibus vehemèntioribus: nullũ enim vitium aded est naturæ familiare, quod non vincatur Dei timore, magnaq; diligètia, adiuuante gratia Diuino. Quod si probationibus adhibitis, aduertentur illi rebelles iugiq; Religiosi hostes, licet illi, de quibus dixit Ieremias: *c. à saculo confregisti iugũ meũ, rupisti vincula mea. & dixisti: non seruiã, nec alteri me subijciam.* Tales in quã, nõ sunt apti pro religione: quæ obedientiæ ac subiectioni innititur: ideoq; sunt tempestiuè dimittèdi. Si enim adhuc Tyrones iugũ Religionis horret: quid facient, cõ multos annos maiorẽ accipiet libertatẽ? De sancto Frãisco fertur quod noluerit suæ Religionis habitũ viro cuidã petenti dare, ed quodd iustus, hactenã quandam more inuerso placitate, valdè restiterit. Ex ea enim repugnantiã deducebat sanctus ille, quantam in rebus alijs postea esset habiturus.

2.

SUPPOSITA hac bona propensione naturali, ad iugum Religionis potandum, addit Propheta Ieremias de eodem adolescente: *sedebit solitarius, & tacebit: quia leuauit se super se.* In qua sententia tres insinuat præclaras proprietates: quod scilicet sit amans quietis, & solitudinis; silentij & contemplationis: quia se super seipsum eleuat. Pro cuius maiori declaratione aduertit S. Gregorius Nazianzenus: tria esse naturalis constitutionis ac propensionis genera in hominibus: duo quidem extrema contraria: vnam vultu insignem, quod tenet medium. Aliqui enim natura sunt timidi, ac pusillanimes; desides & abiecti cordis, & ad aded modicum apti, vt nunquam alperent ad eleuandum se supra seiplos; sed abiectæ suæ naturalis constitutionis gressu se semper accommodent. Et exterius quidem sunt quieti, ac tranquillissimi: id tamen non ex virtute, sed ex desidia & ineptitudine ad aliquid bene gerendum, prouenit. Amant solitudinem: quia timidi sunt, & pusillanimes; nec agere nouerunt cum alijs, præcipuè qui sint alicuius momenti: quod sunt natura melancholici, aut scrupulosi, aut rudes valde, & stupidissimi. Quod si tacent: id faciunt propter ignorantiam: qui non sciunt ad rem loqui; aut quod dicant, non occurrit: iuxta illud Ecclesiastici: *d. Est taceret habens sensum loquere.* Hos (ait S. hic Doctor) nunquam esse, nec valde improbos, nec valde bonos; qui non nocent alijs, neque prodesse norunt: quia etsi non sint dedecori suæ Religionis, tamen nec honori eidem sunt quædam in bono, quam in malo, sunt quasi aqua tepida, parumque ad Religionem apti, pro officijs, aut occupationibus alicuius momenti. Alij contra natura sunt audaces, proiecti, & arrogantes: qui libenter erigunt se supra se ad maiores, quã illorum captus ferat: idque non ex virtute, aut prudentia, sed ex emeritate, arrogantia, & superbia: superbiorum enim est proprium

c. Ier. 2. 20.

Hom. demo.  
destra habenda in dispu.

d. Eccl. 20. 6.

capere alijs videri plus, quam reuera sint; sibi que tribuere plura, quam habeant; seque ultra id, quod possunt, erigere. Et hi natura sunt vt plurimum inquieti tumultuati; qui libenter ad varia prodeunt, in res varias se immittunt, & cum omnibus garrunt: quia plus in eis passionum impetus impetum, quam rationis dictamen. Quod si huiusmodi defectus oriuntur ex ingenio duro & obstinato, sunt valde perniciosi, contra finem, & scopum Religionis. Ad propterea Sanctus Basilius ait diligenter attendendum esse: an qui Religionem petit, consilio sit instabili, & ad constituendum quiduis intrambit partem præcipiti: nunc scilicet hoc, nunc illud. Talem autem non esse ad emittenda vota admittendum; eò quod credibile sit non perseveraturum; & si inquietus sit ac temerarius, reliquos turbaturum, & unionem religiosam discissurum; quod si aded erit garrulus, vt e linguam suam frangere non possit, Sanctus Iacobus dicit, eius vanam esse Religionem.

Alia sunt ingenia & naturales Constitutiones, quæ medium inter hæc extrema tenent: nam ex seipsis sunt homines generosi, magnanimi, & ad res magnas & egregias bene propensi: & qui cupiant se ipsos eleuare super se, & ita in bono crescere; vt quotidie seipsum superent; aliunde tamen sunt doctores, prudentes; ac in omnibus, quæ aggrediuntur, circumspecti. Qui si quietem, solitudinem, ac silentium amant: id faciunt, quod iuxta rationis dictamen ita iudicant expedire. Hi inquam si à bonis Magistris instruuntur, & adiuuantur, evadunt in virtute excellentes ad multorum utilitatem, suæque Religionis, & familiae, totiusque Ecclesie gloriam. De huiusmodi autem intelligitur, quod Ieremias dixit: *Virum assuetum portare iugum, fessurum solitarium, ac taciturnum; quia leuavit se super se. Primum enim seipsum super se eleuauit: cum in Religionis ingressu insigni magnanimitate opus fecit, hominis vires & adolescentie facultates excedens: sed postea eadem cordis magnanimitate aggreditur alia, quæ ipsum eleuant super se, & super omnia quæ ipsa caro & propria voluntas appetunt.*

Quamobrem primum amat stabilitatem, & constantiam in rebus omnibus, quas circa diuinum obsequium agit; detestatur *stultorum mutabilitatem* qui Lunam imitantur; amplectitur verò *sapientum constantiam*, qui semper *lucis sicut Sol*, sibi similes.

Deinde amat solitudinem: quæ vitæ Religiosæ est valde familiaris, & propria, & vt S. Chrysostomus ait in eo consistit, vt omnes eas personas euect, quæ possunt ipsius profectum impedire: sed manet in suo cœnobio, horrens exitus leues per plateas, ac domos sæculares: sciens, quod Religio (vt Bernardus ait) idem sit Religiosis, quod est piscina seu lacus piscibus: in quo manentes viuunt, & conseruantur; inde verò extracti pereunt. Et S. Antonius (vt refertur in Decreto) dicere solebat: *Quemadmodum pisces*

Iac. 1. 26.

1.  
Ec. 27. 2.2.  
Hom in Pf.  
4 ad finem.Ser. 1. de S.  
Andrea.  
16. g. 1. c.  
Placuit.

extra aquam vivere non possunt; ita & religiosos extra suum monasterium non esse tutos, quando vanitas aut leuitas extra suam deducit claustrum. Amat præterea solitudinem cellæ suæ certis tēporibus, vt in ea explere possit penſum suorū exercitiōrū spiritualiū. Qui tamen non propterea tēpore opportuno alio tempore cōmunicare, & agere cum alijs vitis probis eius Professionis. Et S. Dorotheus ait: antiquos Patres consueuisse diuidere perfectionem religiosam in duas partes; quarum altera erat, nosse solam esse, & quietum in sua cella; altera verò, scire, agere, & versari cum patribus & senioribus domesticis: vt bonis eorum exemplis & consilijs instrueretur.

serm. 16.

3.

Ex his oritur vt etiam amet silentium, cum omni ea seueritate, quam Religionis Regulæ præscribunt; eò quòd ad eius cōseruationem multum id referat. Sed non loquitur tamen hic Ieremias præcipuè de silentio exteriori: si enim religiosus sit solus; quid mirum, si taceat, non habens cum quo loquatur? Sed quoniam qui soli sunt, solent intra seipſos valde loquaces esse, lingua scilicet imaginationis & ratiocinationis colloquentes cum absentibus, quasi essent præsentēs; aut secum ipsis in varijs negotijs: ait non solus solus solitarius sed etiam *taciturnus*: amando scilicet internum silentium, & frangendo mentis vagationes, & ratiocinationes inutiles; quæ sunt verbis otiosas ac superfluis.

4.  
Locutio  
hominis  
cum Deo.

SED quoniam impossibile est, hominem ita interiori tacere, vt cum nemo loquatur: addit vltimò Propheta, quod idem *leuauit se super se*: ad loquendum cum Deo, cum Angelis, & Sanctis; oratione scilicet & cōtēplatione quibus spiritum suum cum Diuino per amorem coniungit. Et quoniam nihil est excelsius ipſo Deo: id eò non potest homo altius eleuare se super se; quàm cum se coniungit Deo si que vnus Spiritus cum illo. Frisius Hieronymus explicans hæc verba dicit: militum Christi perfectio est eam mentem habere à cunctis terrenis negotijs, & tumultu sæculi: eam quæ quantum humana imbecillitas sinit, festinat vnire cum Christo. Ad hanc autem perfectionem aspirare debent Religiosi, quamuis rara sit & paucis dono Dei hæc perfectio cōcessa: eò quòd pauci, ex seruitute, qui necesse est, sese disponant, vt illam Deus ipsis largiatur. Est tamen operæ pretium, vt Nonitij ab ipſo statim initio eam discere incipiant: ascendentes per quatuor iam insinuatos gradus, & portantes semper super se iugum legis cum obedientia perfecta: hoc enim nullo tempore, nullo loco aut occupatione, aut exercitio per totam vitam est deponendum.

§. 2.

SED pergit vterius Ieremia doctrina ne enim, qui se, eleuat super se, enuescat & pereat: hoc ei pondus adijcit: *Ponet in puluere os suum*: hoc est de mis: eliget sibi vltimum locum in rebus omnibus, relinquens alijs primū

Nis